Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



xlvij

47

cia aut auaricia nec nominetur inuobis sicut decet sanctos. aut turpitudo aut stultiloquium aut scurilitas que ad re non pertinet; sed magis gratiarum actio. Hoc autem scitote intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus aut auarus quod est idolorum seruitus non habet hereditatem in regno christi et dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis propter hec enim uenit ira dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorum. Erat enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino, ut filij lucis ambulate. fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia et ueritate. Gr. Exurge deus non prualeant homines gentes in conspectu tuo. ℣. Iucundum mihi fecisti domine in factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo. Tract. Adtende domine et exaudi me. ℣. Illumina oculos meos qui habitas in celis. ℣. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. ℣. Et sicut oculi ancille in manibus domine sue. ℣. Sic oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. ℣. Miserere nobis domine miserere nobis. Secundum lucam. Illo tempore. Erant appropinquantes ei publicani et peccatores ut audirent illum. Et murmurabant pharisei et scribe dicentes quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Ad eos autem dixit parabolam istam dicens. Quis ex uobis homo habens centum oues et si perdiderit ex illis unam nonne dimittit nonaginta nouem in deserto et uadit ad illam quae perierat donec inueniat eam. Et cum inuenerit imponit in humeros suos gaudens. Et